

Baptisii & alii Doctores referunt, quod, cum aliquando agricola aliquis terram aratro perderet, viderit e terra profluvie linguam humanam, adeo vegetam & rubicundam, acsi viva in ore hominis existeret. Hanc cum se alloquentem audiret, substitit stupens, & attonitum, mox respiciens sensibus interrogavit, quis es tu? cum lingua alicujus gentilis, qui ante multos annos in hoc loco sepultus est! vixi in paganismis, & officio alicujus iudicis persecutus, quamvis veri Dei cognitionem non habuerim, tamen tanto pro justitia zelo ardebam, ut nunquam sententiam protulerim, nisi iustitia exactissime conformem: in præmium huius virtutis, nisi tantum naturalis, Deas animam meam in hunc usque diem miraculose in hac lingua conservavit, ut Baptismi capax ab infelici æternæ damnationis rogo liberer. Itaque rogo te, festina quantocius, & hæc dicta Episcopo refer, ut veniens me baptizet: Signum huius veritatis hoc erit, percepto Baptismo in cineres resolvat, & anima mea in calum evolat. Accurrit agricola, & reulit omnia Episcopo: quo audito Episcopus plenus admiratione cum toto Clero & civitate properavit ad locum, in quo lingua hæcebat: Episcopus vocatus ad hanc linguam prodigiosam format, quæ ad hunc linguam prodigiosam format quædam, ad quas omnes illi articulate respondit, tandem habitis omnibus ad Baptismum requisitis baptizavit illam, quo peracto lingua in momento in cinere redacta est. Anno 1583. Elisabetha Joannis Ferini conjugis foetus, (Ropert. Hansperg. c. 41. de mirac. B. Virg. Cœvoenijis) quod mortuus ex alvo materno prodilisset, in remoto horti margine delosus fuerat: jamque dies decimus septimus agebatur, cum mater dolore animi mitigato id unum nova spe concepta a marito exortit, ut infantis corpusculum effoderet, hæc lege, ut, si computruisset relinqueret, si resaret integrum, affumeret, forte spe haud dubia ut Beatissima Virginitas ope vitæ restituatur. Parens ille uxoris importunus precibus, incorruptum reperit adfertorem ad matrem: hæc iter ad virginem Cervisiam ingreditur, cui a fonte nomen est, a fonte inquam vitæ, qui enim eam invenit, invenit vitam, & haurit salutem a Domino. (Proc. 8.) Vix ibi depositus infans jacuere, mox roseo colore in genis tingi, calere, respirare, altaque vitæ signa præbere incipit. Baptizatur ergo cum summa læticia, perstititque vivido formosulo colore, donec ex ditione Cervensis venit, cum vero sensum pallescere, & quo longius a vitæ fonte abire, eo propius morti occurrere videbatur: tandem inter mortales esse desit, cœcilibus convicturus. Refert Pierius l. 16. cap. de ephem. in quibusdam Britannæ majus insulis nasci in arboribus præter, pilorum in forma, quæ si in aquas præsurrentes decidunt, in plumatas nivei coloris aves commutantur, & in liberum ærem volant. Quid fuit animæ a Christo redemptæ? nisi fructus arboris Crucis? quod si in aquas

verifimales decidunt, mundæ & albicantes veris calum volant.

9. Epilogus. Nota mihi Christiane, hanc præliminarem de necessitate Baptismi doctrinam & Baptismus necessarius est, ut nos adoptivos Dei filios efficiat: Baptismus necessarius est, ut nobis in gremium Ecclesie, & in populi electi numerum adscriptis capacitatem ad recipiendæ alia sacramenta tribuat. Baptismus necessarius est, ut nobis a peccati originali fordibus ablatis calum aperiat, & æternæ beatitudinis hereditatem consignet. Erret quisquis sine Baptismo salvari sperat! Quid autem ex his omnibus ad nostram doctrinam & emendationem sequitur? Sequitur verissimum esse effatum S. Gregorii Nazianzenz dicentis Orat. 4. in S. Baptis. *Baptismus est omnium beneficiorum præclarissimum & præclarissimum.* Itaque duo sunt pro coronide, quæ a te hodie, mihi Christiane, requiro? Primum est, ut natalem tuam, quo tu regenerationis Sacramentum receipti, sancta cum læticia celebres, Deumque infinitis laudibus, gratiæ animi memoria celebres, qui non alia de causa nisi ex sua Bonitas abyflo te in sacris Ecclesie gremium, relicti milenis ac millenis alii misericorditer vocavit! exclama identidem cum S. Augustino ap. Barz. ser. 10. §. 6. *Videte innumerebilibus hominibus nugarum, quod mihi gratulor esse concessim!* Alterum, quod a te requiro, est, ut perpendas, quanta privilegia ac prerogativas in SS. Baptismi Sacramento receperis, & dignas adoptivo Dei filio, & calis hærede cogitationes coacipias. Quis principis filius, de arandis aut feminandis agris, aut de ludo puerorum & nugis nugarum cogitat? certe nullus! sed omnia animi sensa ad regimem popularum, ad hostium viçtorias, & generosa factinora exporrigit: *Principes ea, quæ digna sunt principis, cogitabit.* (Hæc.) Et invenit sic hominem Christianum, qui precontibus terræ, suam gloriam, sensum voluptatibus, & perituris mandis crepundis cogit & effatum alliget? cogitent talia Juda, cogitent Mahometani, cogitent idololatæ: tu ad altiora & æterna amquam eleva! sursum corda! filius Dei es! membrum sacratissime Ecclesie es: hæres regni cœlestis es, &c. &c.

In Festo Epiphaniæ Domini.

CONCEPTUS X.

De materia & forma Baptismi.

Per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Matth. 2.

Hodie Ecclesia celebrat memoriam Baptismi Christi.

TRIA sunt mysteria, quorum memoriam Ecclesia celebrat adhorando festo religioso celebrat. Primum est adoriendo Magorum, qui longinquo itinere e regionibus suis Hierosolymam, & Bethlemum adventantes, Divino

vino Pusioni oblati muneribus, auro, thure, & myrrha, loco & nomine totius gentilitatis homagium præstiterunt. Alterum mysterium, quod hodie Ecclesia celebrat, est primum miraculum, quo labentibus annis hæc ipsa die Unigenitus Dei Filius in solatium civitatum nuptialium aquam convertit in vinum, addiditque sanctus Epiphanius Hæref. 71. quod in memoriam hujus prodigi quatenus hæc ipsa die multi fontes, ac fluvii in vinum conversi sint! horum fontium unus erat in Cybire urbe Caria, alter in Gerafa Arabie, quod & de Nilo multo testantur. Tertium mysterium, quod hodie Ecclesia recolit, est Baptismus, quem Christus Dominus triginta post adorationem Magorum annis hæc ipsa die, id est, sexta Januarii, quam sanctus Augustinus serm. 74. de temp. diem dominicam fuisse putat, a Joanne Baptista recepit. Quocirca Aethiopes die sexta Januarii in memoriam baptisii Christi auro non tantum se aspergunt, sed penitus immergunt. Fideles quoque in Grecia in pervigiliis & nocte Epiphaniæ Domini aquas ex obvio fonte vel fluvio haurire solebant, quæ Deo dono multis annis incorruptæ manebant, prout expressit testatur Chrysostomus Hom. de Bap. Chr. T. 5. Triplicem hanc festivitatem exprimit Ecclesia in Romano Brev. ita orans hoc fest. Antiph. ad Benedic. Hodie cœlesti sponso junctæ est Ecclesia, quoniam in Jordane lavit Christus ejus crimina, currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua factio vino lactantur convivere. Nos adorationem Magorum, & conversationem aquæ in vinum cum reverentia aliis relinquentes; solum Baptismum Christi conformiter ad propositam nobis materiam consideremus.

igitur explicandum porro erit quoniam sit materia valida.

2. Propositio. Explicatum est ultimo, Baptismus esse triplicem in finem homini necessarium, ut illum Dei filium, Sacramentorum capacem, & hæredem regni cœlestis efficiat. Jam propinquius Baptismi naturam seu essentiam considerantes explicemus, quæ sit illius materia, quæ forma! Nec deerunt in decursu sermonis, quæ scientæ ad nostram partim utilitatem, partim ad sanctam curiositatem. Attendite! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Materia Sacramenti Baptismi est aqua naturalis, sive fontana, sive fluvialis, sive pluvialis illa sit! Vis, mi Christiane, ut hæc veritatem ex scriptura, ex Patrum testimoniis, ex Conciliorum asseris, & ex ipsa Christi institutione prolixè tibi probem? Quid opus est sub sole meridiano accendere læcernam? Sufficiat sola decisio Trid. sess. 7. de Bap. Can. Si quis dixerit aquam vitæam & naturalem non esse de necessitate Baptismi, anathema est. Et Doctoris Angelici, his verbis Baptismum definitiens p. 3. *Clavis Spirit. Castrib. Conc. Tom. II. Pars II.*

q. 66. 2. 1. Baptismus est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo. Cur autem Dominus Deus materiam Baptismi non elegit aliam, quam aquam naturalem? non alia de causa, quam ob sumam illius necessitatem! sine Baptismo impossibile est hominem salvari: ergo conveniens fuit Divina Providentia ac Bonitate, ut materia Sacramenti adeo indispensabiliter necessari sit facile parabilis, & ubique locorum invenibilis. Si Deus pro materia Baptismi designasset liquorem exquiritum, rarum, pretiosum & multis sumptibus parabilem, quid pauperes fecerent? si in aliquo aromatate ex Zelandia, India, Trapobana, vel ex alia distita Regione asportando, Baptismum conferri statuisset, quid agerent Europæi vel aliæ ab his terre partibus procul distite nationes? si materia Baptismi in aliqua alia re, quæ difficulter inveniri aut haberi potest, consisteret, quomodo salvarentur illi, qui improvisa necessitate obruti moram sustinere non possent? o quam multæ anime, remedio salutis destitute, sic æternum perire deberent! Non timet Deus definivit ad recuperandam animæ tuæ palchritudinem pretiosum sabine meretricis Romanæ balneum, ut refert Plinius: hæc dum audisset, quod lac asinarum ad dealbandum corporis pellem utilis esset, quocunque iter faciebatur, quingentarum asinarum comitum secum ducere, & in earum lacte lavari solebat. Non Deus præcipit ad curandam animæ nostræ lepram eruentium Regum Ægyptiorum lavacrum, qui ex consilio Medicorum ad sanandas corporum lepras balneum ex sanguine jugulatorum infantum sibi præparabant: Non hæc, inquam, requisivit Deus, sed aquam elementarem, cui ex sanguine & passione Christi tantam virtutem addidit, ut peccati originalis maculam abstergat, Dei gratiam restituat, calti portam aperiat, & ex illius diaboli hæredes cœlestis gloria efficiat. Lauda & mirare Deo Bonitatem.

4. Quin imo tam serio & efficaciter nos vult Deus salvos fieri, ut cum forte aqua decederet, per prodigiosos, & admirabiles eventus defectum supplerevit. Labet hujus rei testimonia ad curiositatem usque audire? Cum Processus & Martinianus Milites, (Barz. ad an. Chr.) S. Petrum in custodia carceris Mamertini detinebant, Apollini doctrinam audierunt, & vitæ sanctitatem contemplantur; Christi fidem amplecti fuerat: ad deficientem aquam, Petrus signo crucis super rupem formato fontem, ex quo in hodiernam diem limpidissima aquæ fontana, prodigiosè excitavit. De mirabili hoc fonte hodiecum Romæ hæc mira extant, quantumque aquarum ex illo hauriatur, nunquam deficit, & licet nemo hauriat, in eodem tamen fatis permanet, nec redundat, prout narrat Boezius fig. Eccl. T. 2. l. 1. c. 16. Verum obstopescere sanctam hujus aquæ virtutem? Milites hæc aqua baptizati mox tanta gratia, ac fortitudinem donati sunt, ut illic jussu Paulini Præfidis laxo coram ora, maxillæ, & dentes contusi sint, illi tamen fixis in calocalculis lætabunda voce, gloria in excelsis, imo cum

H li equa-

equivo, candentibus laminiis, aliisque tormentis cruciatur, sicut Nomen Domini benedictum cantantur. In Lycia lapis est baptismalis, (Sancti Hieron. de Regn. Dei p. 7. c. 4.) qui hodierno festo, id est in Epiphania Domini, & duobus sequentibus diebus annuatim uberrima aqua repletur, postquam autem catechumeni omnes baptizati sunt, aqua disparet. In Sicilia quodam vico, qui Melinas dicitur, (Pascual. Epp. Lib. II. ap. S. Leon. ep. 65.) fontes Ecclesiae singularis anni in vigilia Paschae, quamdiu aliqui baptizandi erant, miraculose implebantur: baptizati vero omnibus aqua deperibat. Tempore Zosimi Papae controversia inter Ecclesiam orientalem & occidentalem circa diem Paschae orta est. (Menoch. rem. 4. c. 35. Bar. T. 3. an. Chr. 417.) erat autem in Ecclesia fons baptismalis, qui non Refurrectionis Domini seipsum quotannis, sine humano adhiuctu implere solebat. Pascha est autem ea impletio illo anno Vigesima quinta Martii, quo prodigio declaratum fuit, non orientale errare, sed occidentale, qui Pascha Vigesima secunda Aprilis celebrabant. Mirabilis est, quod refert S. Greg. Turonensis. (L. 1. de glor. Mart. c. 24. & 25.) in Lusitania apud Olem campum dicitur fuisse sacrum Baptistarium, quod, dum Episcopus unam cum Clero & populo die Jovis sacro ante Pascha vacuum reperiebat, ejus ostium muniri & obstruere curavit, sperans, fore ut divinitus illud laeris undis impleteretur. Dum ergo Sabbatho sancto catechumeni ad percipiendum baptismum, illic convenissent, Episcopus in praesentia Cleri & populi inspectis prius signaculis Baptistarii ostia clausa reprobavit. Sed ex prodigium! Piscina, quae ante tres dies exsiccata, & vacua erat, submissa coelitus aqua impleta fuit, & quantumcumque aquae pro asperione agrorum vinearum, agrorum populus domum portabat, illum tamen non minuit tandem, quamdiu baptizandi aderant, his vero deficientibus sensim etiam ipsa aqua disparuit. Verum cum hujus miraculi rumor ad aures Theodogisili Regis pervenisset, obnix Rex intra se cogitavit: haec tantum fraus est Romanorum (sic vocat Christianos) & dolus eorum, non vero virtus Dei: veniens ergo ostium suo sigillo munit, & custodiam ad praecavendam omnem deceptionem ad altium Baptistarii constituit. Hoc cum primo & secundo cessisset, & semper Baptistarium coelitus aquis impletum invenisset: necdum tamen malam suspicionem vicit, sed tertio post anno ostium pedum in profunditate & quindecim in latitudine erant, fieri curabat, ut, si forte occultis canalibus aqua ad Baptistarium ducta fuerit, taliter fraus detegatur: sed frustraneus conatus erat, & nihil in terra abditum reperire potuit. igitur totus in ferociam actus adhibitam diligentiam duplicavit. Sed ecce iustum vindictis Dei iram! Obnix Rex iterum ipso Sabbatho sancto prodigiosi fontis veritatem inspicitur in ipso aditu subitanea morte

corruptus dignas Deo oblationis & incredulitatis penas dedit! En mi homo Christiane, quam prodigiose Deus aquam pro conferendo baptismo subministraverit, hoc miraculo nos instructurus, quam magnam huic elemento dederit virtutem! De fonte Clitumno in Macedonia refertur, quod omnia animalia, cunctaque flos coloris, cum ex eo bibunt, nivea pelle induuntur: an non eandem virtutem Deus aquis baptismalibus contulit? Homo autem baptismum peccato originali sortedit; quamprimum autem sanctissimi baptismi tangitur, super nivem delectatur.

§. II. *Et quoniam forma valida hujus Sacramenti.*

5. Forma Sacramenti Baptismi, quae una cum materia, ad est, cum affectione aquae ad Baptizandum articulate pronuntiari debet, in his verbis consistit. Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, prout iterum patet ex continui praxi Ecclesiae, & ipsa institutione ac mandato Christi, ubi Apostolus in universum mundum ablegavit, dicens: (Mat. 28.) *Evangelizate omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Concordant universi SS. Patres, quorum omnium loco unus fideus Ambr. lib. de his qui in laetitia. c. 4. inquit: *Catechumenus nisi baptizatus fuerit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, non potest accipere remissionem, nec spiritualis gratia munus habere.* Dissantem, verba haec ad baptizantem articulate pronuntiari debere; si enim unum vel alterum ad substantiam pertinent omittatur, totus Baptismus vitiosus. Quaeque autem pertinent ad substantiam? Respondet: haec quatuor necessario exprimentenda sunt: Primo, persona baptizantis: secunda persona baptizati: tertio unitas essentiae: quarto, Trinitas personarum. Propterea invalidus est Baptismus sub haec forma: *Ego te baptizo in nomine Dei!* quia non exprimitur Trinitas Personarum. Item: *Ego te baptizo in nomine SS. Trinitatis;* quia non exprimitur unitas essentiae, & Trinitas personarum. Item: *Ego baptizo in nomine &c.* Omittit particula Te, quia persona baptizati non exprimitur. Item: *Baptizatus tu in nomine &c.* Quia non exprimitur persona baptizantis, & quae sunt alia id genus vitia!

6. Quam autem virtutem seu efficaciam forma sacramentarij tribuit materiam, id est aqua elementari, ut vim supernaturalem acquirat omnino peccato mundandam & purificandam animam. Quae est tanta vis aquae, quae S. August. 80. in Joann. ut corpus tangit, & cor abluat, nisi facilius veritas? De fonte Aretica refertur (Aretica sub. Cat. infra. 3. de Bapt.) quod mira natura prodigia patret: fons iste semper est feruens, tranquillitas & quietus, nec ad avium cantum, nec ad canum latratum, nec ad brutorum clamorem, aliumve strepitum movetur, ita ut ejus aquae quasi congelata crystallina esse videatur. Et ecce mirum! si homo in ejus ora unicum verbum pronunciat, aqua commoveri incipit: si homo alius intendant vocem, etiam aqua

aqua fontis magis magisque crispatur, & quo vehementius homo clamorem excitat, eo majori fremitu aqua exaltatur; ita ut credere posses, & aquam ad clamorem hominum animari, ac voces hominum a vocibus animalium discerneret. Ejusmodi mirabilis operatio etiam datur in verbis Baptismi; quod enim est fons baptismalis sine verbis? aqua mortua, congelata, sine virtute, sine vita? *Deus te servatum ab aqua, quid est nisi aqua,* ait Augustinus ubi supra: verum accedant verba ad aquam, sic sacramentum, mortua reviviscit, & super baptismum effusa animus vivificat, ita ut de aquis baptismi prophetiae videatur Zacharias: *In illa die exibunt aquae vivae de Jerusalem!* En prodigium fons baptismalis, in aqua elementari operationem!

7. Origenes, Agrippa, Paracelsus, Plinius & alii falsa persuasio sibi imaginati sunt, in verbis veluti radis rerum vitam consistere, credentes, talia verba a natura ad quovis prodigium patrandum aptitudinem accepisse, ita, ut patris unica voce calum a sua perpetua circulatione posse cohiberi, elementa in confusionem redigi, visus animam tolli, & mortuus ad vitam revocari, tali modo dixerunt, Zoroastes hinc cantilenis veluti Scorpionibus ignem excitavit: Ericus iterum Gothos capillum novo vento commovit: Circe animum suos libidinosi cupidine inflammatos in varia bruta transtulit; haec omnia ex efficacia verborum fieri asserabant. Verum inanes haec sunt Poetarum fabulae! de fabulis ad veritatem transivimus, in qua longe majorem efficaciam & virtutem in paucis verbis admirari possumus, per quae homo non in brutum, ut olim Circe amatorem, sed ex bruto in felicem hominem, ex imagine tygri draconis in formam imaginis dei, ex diabolo in Angelum transformatur. Quaeque ista sunt verba? sunt verba in collatione Baptismi requisita: *Ego te baptizo &c.* Quaeque unum super Baptizandum prolata sunt, in eodem momento morbus peccati originalis sanatus est, lepra animae absterfa est, status innocentiae iterum reviviscit, mors expugnata, & anima a venae antiqui serpentis purgata est. O felicia verba! quae tam cito hominem ex leproso mundum, ex aegro benevalentem, ex peccatore innocentem, ex captivo liberum, ex mortuo vivum efficiunt. Quae omnia S. Ambrosius hinc attestat l. de Sacramento. *Per aquam mundum est de terrenis ad caelestia, de peccato ad virtutem, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem &c.*

8. Dum Vitruvius stilum ferream in fornacem immittit & massam ardentem ex cinere & glarea compositam in cupide extrahit, illam quae ad typum applicat, emissio unico flatu, quid sit? craterem crystallinum, diaplanum, & purissimum hoc unico flatu efformat; & nunc quod prius titianum ac flammaram ardentiam ebullit, nobis est ornamentum Regiae mensae. Talis artificiosus status, mi Christiane,

sunt verba Baptismi: quid putas? ex quali Messia anima tua provenit? ex eadem illa, ex qua anima tua gentiliam, idololatram, Judaicorum, Turcarum, qui nunc sunt ebullitio, ferentium, & fulsum, ex illa ipsissima missa anime nostrae creata sunt, sed Divinus artifex ex mera benignitate te mi Christiane ex fornace operum damnationis extrahit, & Spiritu oris sui per haec verba: *Ego te baptizo &c.* ex anima tua splendidissimum Divina mentis ornamentum & vas crystallinum purissimum, lequellum laetitia efficit.

9. Audi miram de hac veritate historiam! (Spec. exempli de Bapt.) De Genesio Martyre, qui fuit Mimus, & Mimicae artis Magister, legitur, quod ex mandato Imperatoris Diocletiani, ludum de mysticis Christianis exhibebat. Genesius in medio Theatri quasi aeger decumbens se baptizari poscit, Christiani quidem velle mori astitit, evocatur itaque praesbyter & exoracita, & dum ex illo querunt, quid vellent, ille interior inspiratus respondit: *Christiane Christiane, si consulas populo, per quem venatus liberus a vitiis ingratissimis meae. Itaque completis sacramentorum mysticis, veluti per ludum a militibus rapus, ad similitudinem SS. Martyrum de Christi nomine discutendus ad Imperatorem ducebatur. Verum Genesius non amplius ludum fed seria cogitans in editorio loco ita concionatus est: Audi Imperator, & omnis exercitus, in tanta derisione Christianos habuit, ut ex eorum sanctificatione ludum vellem vobis exhibere, at ubi me aqua teigit, verbaque Sacramentalia super me prolata sunt, vidi supra me manum caelitus venientem, & Angelos Dei ineffabilis radiorum splendore circumdatos, qui omnia facinorosa a mea juventute commissa recitantes de libro, & dixerunt mihi, aqua haec cum verbis requisitis, delet omnia ista! ita cum ergo aqua baptizatus fuissim, simul & liber libere aive candidior effectus est: jam nunc Imperator & vos omnes praesentes credite Christum unum Deum esse, & pro ipsum nos ad poenitentiam, remissionem peccatorum, & gloriam Regni Caelestis posse pertinere! Quo audito vehementer indignatus Diocletianus Genesium praefectum circulantem tradidit, a quo crudelissime caesus, equivoque lufepalus, unguis laniatus, ac ardentibus flammis exustus est, donec tandem per capitis obrucationem, gloriosa martyrij palma triumphans in caelum evolavit. Vides, mi Christiane, quam operatoria fuerit Baptismi gratia in Genesio? Iste histrio fecerit, Iste idololatra, Iste facillime peccatorum massam ad ignem infernale destinavit, pro gratiam autem Sacramenti factus est vas purissimum celestis mensae dignum!*

10. Epilogus. Age ergo, Iuda Deum Optimum Max. de tam mirabilium animum metamorphosi! Vitruvius refert de Aegyptiis, quod aquas adeo in veneratione haberent, ut eas in concha conservatas in suis delubris de genis adorant, elevatique in caelum manibus Deo

grates egerint, quod ex aqua tam spatiose, & speciosum mundum creavit. O quam postior iure Christianus Deo grates referet, quod per aquam sacramentaliter animas quotidie purificet, & speciosas, Angelisque similes efficiat. Verum non hic est finis ac scopus, quem hodierno sermone a te requiro, mi Christiane! De industria mentionem feci de materia & forma Baptismi ad instructionem parentum, oblectricum, & foeminarum, quae nonnunquam parvulentibus assistunt, & deia, cum illa partus difficultate, aut vite periculo laborant, tota perplexa, confusa, & rationis impores, nescio quas baptizandi formas deproprant, non sine periculo nullitatis Sacramenti. Ita haud pridem sa mea haec parochia contigit, unam affidisse aquam, & alteram pronuciasse formam: item aliam affusa super infantem aqua clamasse; In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, omittis verbis illis: *Ego te baptizo!* invalidum fuit Sacramentum utroque modo collatum! &c. Tali- ter invalida forma etiam baptizatus est quidam Doctor Theologus: hic (S. Vinc. a Valens. conc. 2. in Dom. 3.) cum quondam zelosissimum ad populum concionem haberet, finita illa obviam habuit mulierem, quae accedens & osculata manum illius dixit: *Benedicta dies, in qua ego te baptizavi!* Tunc moliter me baptizasti! Ita est, & quidem in nomine SS. Trinitatis & B. V. Mariae, & omnium Sanctorum. Cohorruit Theologus, deia in rei veritatem indagans, ubi de nullitate baptisni sufficerent eruditus est, iterum fe baptizari, & omnes Ordines itate curavit. Cum quondam Deuterius Arriarorum Constantiopolit Episcopus (Bar. T. 6. ad 97. Chr. 506.) aliquem, cui nomen Barbas baptizaret, ex temeritate, ambitione, & obstinacia hac forma usus est: *Baptizatur Dominus in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto.* Sed Deus ejus temeritatem manifestare volens, fecit, ut statim aqua in fonte baptisniali evanesceret, & fe seipso cultui creatura denegaret: unde, qui fe baptizandas erat, fusa se o manibus impositi Episcopi eripuit, & hoc miraculum in ejus confessione ubique promulgavit. Tu mi Christiane, in re tanti momenti circumspectus esto, quia agitur de damno animae irreparabili. Quomodo autem in actione Sacramentali praedice te gerere debeat, proxime forsitan explicabo! &c. &c.

In Feste S. Sebastiani Martyris.
C O N C E P T U S X I.
De triplici Baptismo, fluminis, fluminis, & sanguinis.
 Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.
 Luc. 6.

Calistus Hierosolym tres habet portas versus quamlibet mundi plagam, quia multi sunt, qui per Baptisum fluminis calum ingrediuntur.

A Apocalypiticus calli arboris supernam civitatem Hierusalem describens, eam a ma-

gnitudine, a divitis, a splendore, & magnificentia adeo dilatat, ut plane digna videatur esse palatium, & habitatio Agni Divini. Dicit illam in quadro positam esse, ut significet, ab oriente, ab occidente, a meridie & septentrione adventuram immensam populorum multitudinem, qui in civitatem intraturi, & in laudem ac gloriam Agni admirabile triglorum aeternaliter essent cantaturi. Illud autem citum difficile est, quod in quolibet quadro versus singulas mundi plagas omnino tres patere portas affime? versus orientem tres, versus occidentem tres, versus meridiem tres, versus septentrionem tres: cur ita? Nonne est unus Deus, una fides, & unum Baptisma, in quo omnes electos oportet salvari? ad quid ergo tres portae? Dilectissimi! nunquam observastis, quid in magnis urbibus fieri amet? praeter unam grandem aut paucas tales portas, habentur occulti aditus, per quos itinerantes post portarum clausuram noctu primum advenientes in civitatem admitti possunt. Sic locum illum Apocalypiticum mihi imaginor, versus quamlibet mundi plagam electi porta una principalis & primaria, per quam electi quasi per fe & de iure ingrediuntur: penes hanc sunt duae secundariae & minus principales, per quas aliqui quasi per accidentia & velati via extraordinaria irrepunt. Nondum capis, quod ajo? Ergo adverte, triplicem esse Baptisum, fluminis, fluminis, & sanguinis. Qui baptisno fluminis tincti sunt, per portam principalem & ordinariam: qui vero baptisno fluminis & sanguinis sanctificantur, per portas minus principales, & quasi ex privilegio in caelum veniunt; solus enim Baptisus fluminis Sacramentum est, & suscipientes sanctificat opere operato: Baptisus autem fluminis & sanguinis Sacramenta non sunt, sed privilegia, & gratiam conferunt vel solum ex opere operantis, vel ad summum ex opere quasi operato, proat loquantur schola.

2. Propositio. Proinde cum materiam de Baptisno tra&amus, opere pretium est explicare hanc triplicem differentiam, fluminis, fluminis, & sanguinis, nec deerit occasio, omnia quae dicuntur, exemplificandi in vita gloriosi Mart. Sebastiani, qui sub ferro torace aureum pectus gerens, eo tempore, quo Christianum esse se crimen capitale fuit, imitar Apostoli laboravit, ut conversas ad Christum animas, si non per portam primariam, saltem per secundariam in caelum intronitteret. Vere de illo dici potuerit verba hodierni Evangelii: *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes!* Attendite! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Primus igitur Baptisus fluminis, est novae legis primum, & maxime necessarium Sacramentum, in ablutione corporis exteriori, & legitima verborum pronuciacione, iuxta Christi institutum consistens, prout Petrus Canisus definit. Quam indispensabili lege hic Baptisus ad salutem necessarius sit,

fit, ante unam vel alteram septimanam satis explicatum est ex illis Christi verbis: (*Jn. 3.*) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Estque hac necessitate adeo indispensabilis, ut licet casu, quo Baptisus fluminis haberi non potest, Baptisus fluminis & sanguinis, tanquam supplementum defectum & privilegia justificet, tamen martyr, si ex illis tormentis, aut ille qui cum actu amoris Dei perfectio desideravit baptismum, ex illis circumstantiis evaderet, ad suscipiendum Baptisum aquae obligeat, & sine illo salvari non posset. O quam indefensa solitudine S. Sebastianus laboravit, ut animas idololatrica impietate deceptas ad agnitionem veri Dei, & ad salutem lavacrum adduceret! hinc in finem gentilibus verbum Dei frequenter proposuit, miracula fecit, Zoc ethnice mulieri amissam loquelam restituit, & gentilius Imperatorum, qui fidem Christianam funditus extirpare conabantur, impio molimini sese opposuit: Et vero Dominus Deus laboribus Sebastiani adeo cooperatus est, ut ille Marcum & Marcellianum fratres, alias sexaginta quatuor, ac demum Chromatium urbis praefectum cum filio & mille quadringentis personis partim per se, partim per S. Polycarpum Episcopum baptizavit, fuitque Baptisus adeo prodigiis, ut aegroti, surdi, muti & inter hos Tranquillinus insanabili morbo laborans, item duo Claudii filii, unus hydropticus, alter valteribus plenus, salvi & incolumes de sacro fonte recederint. O quantum illi sancto Christi Militi pro Baptisni gratia gratiae retulerunt! O quanta vita sanctitate sacramentali gratiae responderunt! certe S. Marcus & Marcellianus etiam ipsi Apostoli facti gentilibus verbum Dei praedicaverunt, tantantia Christianorum corda in tormentis confortantur, lamenta uxorum & liberorum depexerunt, terrena bona, ipsaque vitam pro Deo glorioso martyrio pvelerunt. Dilce, mi Christiane, quae gratitudine & tu fidei & Baptisni gratiae respondere debes! nimirum hac gratitudine in eo iudatur, ut vitam Christianam nomine dignam agas, ut concedes ad populum si non voce, saltem exemplo habeas, ut egenitibus, captivis, & quotianibus magna pietate succurras, ut errantes instruas, peccatores convertas, diaboli artibus & insidiis omni opera resistas, & demum vitam omnem ad Dei gloriam, & animarum salutem impendas. Noli, mi Bene, decipi cum illis, qui consistunt per solum nomen Christiani omnia salva fore; non est ita! si quis navi suae nomen imponet *Vitoria*, non ideo a ventis, a fluctibus, a piratis, a tempestatibus, ipsoque naufragio securus erit. Non nomen Christiani, sed opera a nobis exigit Deus; hinc monet Apostolorum Princeps: (*1. Pet. 1.*) *Sanctite, ut per bona opera certam vestram vocacionem faciatis.* Verum abstraho jam ab isto discursu, qui paulo post redibit, ubi de obligatione Baptisni loquemur.

§. II. Multi, qui per Baptisum fluminis.

4. Alter Baptisus fluminis est votum seu desiderium efficax suscipiendi Baptisni fluminis cum actu amoris Dei super omnia, seu contritione perfecta conjunctum. De hoc Baptismo S. Ambrosius ap. Lohner in Bibl. V. Baptis. §. 1. n. 2. in oratione de obitu Valentianini floquitur: *Audio vos dolere, quod non accepit Baptisnatis Sacramentum; atqui etiam hoc in votis habuit! an ergo habuit gratiam, quam desideravit? imo habuit, quia poscivit. Notandum autem, baptismum fluminis non consistere solum in desiderio baptisni, prout multi erronee sibi imaginantur, sed debere esse conjunctum cum actu justificativo contritionis perfectae, aut amoris Dei super omnia: imo hic ipse actus amoris, ab omni amore ac utilitate propria defecatus, & Deum tanquam summum bonum super omnia creata bona appetitive adhaerens, atque peccata omnia, quae summo huic bono contrariantur ex animo detestans, imo auctus & obligaciones omnes, quae vel ex necessitate mediis, vel necessitate praeccepti ad salutem sunt necessariae, ex toto corde affectans, si ab homine etiam non baptizato habet, ac sincere elicitur, jam implicito includit desiderium baptisni. De hoc actu amoris dicitur in Canticis: *Fortis ut mors dilectio; (Cant. 8.)* quia sic cur more vitam hominis, ita dilectio terrenos, & inordinatos affectus extinguit. Quomodo cum fervore & emphasi S. Sebastianus hunc Baptisum fluminis catechumenis, ac gentilibus commendavit, eraturque id illis temporibus summo opere necessarium, quia repente ob solam fidem Christianam suspicionem ad carceres, ad tormenta, ipsaque mortem rapiebantur.*

5. Quares forsitan, cur Dominus Deus hunc amoris actum adeo estimet, ut illius intuitu animam, etiam non baptizatam in amicum, in filiam, in haeredem regni caelestis recipiat? Percipite rationem! Dominus Deus Elicium homini iusto promittit supremi Pontificatus dignitatem his verbis: *Dabo eadem Domus David (supr. Innotuit ejus. (Jn. 22.)* Per elavem intelligitur summa Sacerdotii potestas, per datum David autem admirabile templi aedificium in urbe Hierosolymitana honori Numism consecratum. Cur autem templum vocatur domus David? nonne opus erat Salomonis filii David? nonne Scripturae & communium mensa ad haec usque tempora vocatur templum Salomonis? Nimirum rationem assignat Angelicus Doctor apud Pacionelli in Jon. lect. 8. §. 4. quamvis Rex Salomon admirabile illud aedificium opere compleverit, tamen quia Rex David desiderio tenebatur aedificandi illud templum, & in hunc finem ingentem aurum, argentum, & materialium apparatus congestit, domus David vocatur, ut ostendatur, apud Deum aequali in pretio haberi affectum & edificium. Qui desiderat aedificare templum, apud Deum aequali premio dignus habetur, ac si aedi-

si edificasset: qui desiderat integrum milionem expendere in pauperes, apud Deum aequali premio dignus habetur, ac si revera expendisset: qui desiderat totum mundum convertere, apud Deum aequali premio dignus habetur, ac si totum converterisset: & sic, qui amore Dei desiderat recipere baptismum, apud Deum tantumdem amatur, & admittitur, ac si reapse baptismum recepisset, atque in hoc sensu dici solet a Deo voluntatem haberi pro opere. S. Philamon notis exemplo fit: (*Servus A. Decemb.*) Ille antea gentilis subito a Christo illuminatus in confectio copiosa multitudinis propugnabat Christi Divinitatem, & fidei Catholicae veritatem: obiecti illi tyrannus, quid iuste Christianum, cum baptizatus non sis? Et ecce hoc monito Christi martyr accusatus Deum & omnes Coelestes invocare, tum etiam adstanti populi multitudinem adgenerali cepit, enixe rogans, ut siquis adficeret Christianus, baptismi gratiam sibi conferre dignaretur. Verum cum in conferto populo, metu tormentorum nemo se movere audeat, Philamon duplicavit preces ad Christum, & ecce illo momento purissima aure percussit, quo secundo ad tormenta rapitur, & pericula martyrii laureola donatus est. Non indigebat quidem sanctus Dei Martyr baptismum aequo, quia per baptismum flammis iustificatus jam erat: nihilominus tam efficax est apud Deum hoc desiderium, ut si fieri aliter non possit, illi per miraculum Deus satisfacere soleat.

6. Atque ex hac baptismi differentia desumere potes, mi Christiane, qua ratione, & quo sensu verum fit illud Christi pronuntiatum: (*Matth. 3.*) *Miles ab oriente & occidentem veniens, & recumbens cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno colorum: filii autem regni eicientur in tenebras exteriores.* Per illos, qui ab oriente & occidentem venturi sunt, intelligit Christus ethnicos, haereticos & infideles, quia illos contradistinctus a filijs regni, id est, a fidelibus. Quomodo autem ethnicus, & haeretici ascendunt ad regnum caeleste, cum Abraham, Isaac, & Jacob regnaturi nonne in tenebris, & in umbra mortis sedent? nonne falsificata fide & Dei cognitione carent? nonne falsificata fide & Dei cognitione carent? nonne sacramenta, aliaque remedia iustificativa non habent? Verum est: sed habent baptismum flammis: cum igitur illi legi naturae, quam Deus in cordibus hominum scripsit, conformiter vivunt, & in peccata gravia, rationi, & honestati naturali repugnancia, non prolabantur, Dominus Deus, qui facienti quod est in se, non denegat gratiam, ex sua providentia lege, ut ita dicam, tenetur, & etiam solet illis dare singulares inspirationes, & illuminationes, quibus mediantibus Deum sub ratione summi boni agnoscere, eumque amare, & ex illius amore peccata sua ex toto corde detestari, omnique ea, quae summo bono placent, serio ac sincere desiderare incipiunt, sique virtute huius amoris, qui revera

est baptismus flammis, salutem consequuntur. Ita scimus de Virgo illo in Brasilia, (*Assumptio, cont. 3. Actus, 16. de Mir. sancti.*) qui per omnem vitam secundum lumen naturae vixerat, & quod senectutem attingeret adeo grandævum, ut visus sit mori non posse. Advenit tamen in regiones illas Apostolicus Dei famulus P. Iosephus Ancheria S. J. baptizavit feniculum, qui mox post baptismum solatio plenus mortem obiens. O quam multos in illa die videbimus venientes ab oriente & occidentem, qui cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno colorum recumbant, dum interim filii regni, qui inter millena salutis remedia sceleratioris ipsi ethnicis viarunt, in tenebras exteriores eiciuntur.

§. III. Et multi qui per baptismum sanguinis.

7. Tertius denique est baptismus sanguinis, qui nihil aliud est, quam martyrium, seu effusio sanguinis pro Christo, cui fidei veritate suscepta. Quod autem martyrium insit baptismi, quod autem martyrium insit baptismi, facile securum reddat, est irrefragabilis Ecclesiae veritas, in arena Theologorum satis discutata & confirmata, probaturque multiplici argumento: In primis a minori ad maius; si enim actus amoris perfecti, prout paulo ante audivimus, hominem sanctificat, ejusque peccata omnia extinguit, multo magis id efficit martyrium, cum teste veritatis oraculo, non est major charitas, quam dare animam pro fratribus suis: si pro fratribus? quanto magis pro Christo? Deinde martyrium per se delet omnem poenam: communis enim persuasio totius Ecclesiae adeo firmiter tenet, martyriam absque omni purgatorio recta evolant in caelum, ut Innocentius III. in cap. de Mart. audacter pronuntiet: *Evangelium facit martyri, qui oratio pro martyre.* Si autem martyrium delet omnem poenam, per consequens delere debet etiam omnem culpam, tum, quia poena est propter culpam, tum quia alias prudenter orari posset pro martyre in ordine ad imperandam culpa remissionem. Neque patet aliquis, martyriem impetrare peccatorum remissionem non ipso martyrio, sed per actum charitatis procedentem; quo enim fundamento id asseret? si martyrium sanctificaret praesertim per contritionem bene charitatem perfectam, non omnes Martyres metuerant ab Ecclesia agnoscere & honorari insit martyrium, cum valde incertum, imo improbabile sit omnes martyres pro actum charitatis se disposuisse, maxime cum multi recens a voluptatibus, a vitijs, ab idololatria, imo ipsi tortores ab execratione sententiae contra martyres lata, ad tormenta caelestia abirent, & actum supernaturalium nullum unquam exercitium haberent. Comergo Ecclesia citra discrimen, & differentiam omnino omnes, qui sanguinem pro Christo fuderunt, etiam parvulos ab Herode occisos, qui Christum non loquendo sed moriendo concesserunt, & per ejusmodi actum disponere se non

poterant.

poterant, atque inter quos probabiliter plurimi fuerunt gentiles, pro sanctis & electis Dei amicis cum Christo in beata patria regnantibus habeat, consequens est, quod per ipsum martyrium fuerit sanctificati. Quamvis fuit S. Martyr Emerentianus (*S. Ambrosius, 27.*) fuit gentilis filius: Beata Agnetis colluctantem, quae cum adhuc catechumena, ad sepulchrum B. Agnetis oraret, & idolorum cultores de impietate, ac crudelitate sua libere accusaret, a concitata multitudine lapidibus obruta, & suo sanguine pro Christo baptizata, tanquam gloriosa Martyr ab universis Christi fidelibus invocatur. Quamvis fuit Rogatianus Martyr (*Leuchinus, 24. Maii.*) catechumens a fratre suo Donatiano ad fidem conversus: cum a gentili iudice ad carcerem & tormenta raperetur, id unum anxie doluit, quod nondum salutaris aquae Sacramento tinctus esset: verum Donatianus erexit animum fratris, ita ut a carnificis lancea perforatus, & capite plexus, sicque suo sanguine baptizatus hodie nam in diem ab universa Ecclesia tanquam gloriosus martyris honoretur. Quotidie plures ejusmodi S. Martyres recensere, de quibus indiscriminatim S. Clem. I. p. Ap. cont. c. 7. sic loquitur: *qui martyrio habitus est dignus, estis catechumens sit, cruciatus erit et verior baptismus, quia commoritur Christo.*

8. O quam indefessus labore sanctus Christi athleta Sebastianus conatus est fideles, quos ex gentilitate ad salvificam fidem converteret, animare & adhortari, ut relicti rebus & spebus hanc baptismum sanguinis generose susciperent. Inter alios, cum Marcus & Marcellianus, quorum supra meminimus, ob incondita uxorum, prolium, & amicorum lamenta titubare, & vix non retrospicere inciperent, a S. Sebastiano, proposita rerum temporalium vanitate, & aeternam immensitatem, adeo confortati sunt, ut & ipsi inter captivos fidei praecones agerent, & licet illis Nicolitarius, carceris auctos, & ipse Christum relicti idolis professus est, vinculis solutus liberam abeundi facultatem obtulerit, tamen firmiter decreverit, mille vitas potius profundere, quam gloriosam martyrii laureolam a S. Sebastiano sibi promissam amittere. Quod generose decreverat, gloriose etiam executioni dederunt; cum enim in ique pedibus conclavati starent, ea fortitudine desupererunt tormenta, ut etiam joculari ausu coram conferto populo, ipsoque tyranno publice edixerint, nunquam se firmius in fide persistere sique victrices animas beata immortalitate coronandas in manus sui Creatoris consignatur. Illos paulo post etiam ipse S. Sebastianus gloriosa martyrii morte secutus, & cum innumerabilium animarum, quas Christo lucratus est, stipitum calum ingressus fuit (*Sancti Reg. Dei p. 6. c. 9.*)

9. Epilogus. Quid jam procoronide, mi Christiane, ex tota hac dissertatione qua de triplici baptismi fluminis, flammis & sanguinis egimus, fructus colligat? An tibi persuadeam, ut pro

beneficio baptismi fluminis, tibi praeparatissimo non alia de causa, quam ex infinito Divini amoris excessu concessio, quotidie Deo gratias referas? sed modicum ante tempus tibi fatis inculcavi! An adhorter, ut impensis precibus quotidie a Deo martyris mortem expelles? non ausum id funderi; scio enim tam delicatum te esse, ut verborum, ne dicam lancearum aculeos perferre non possis, & sic mihi exprobraret S. Chrysol. serm. 38. *Quasinas possit iste univertibus invenire victoriam, qui non ita palmam acquirere vult coronam.* Nihil aliud ergo superest, quam ut baptismum fluminis, id est, actum Divini amoris perfectum, & contritionem, peccatorum tuorum serio detestativam, tibi meliori quo possim, modo commendem, horterque ut excellentissimo huic actui tam intra quam extra Sacramento percipendum, imo scriptis de die affueat coneris. Vir antiochus, (*Act. 13.*) Euanuchus Reginae Candae venerat adorare iherusalem: seculum super curram, legentem Iffaiam Prophetam, obvium habuit Philippum Christi Discipulum, jussum Domini ab Angelo hunc altatum. Philippus audiens legentem, quod non intelligebat, aperuit ei sensum scripturae, demonstravit Christi Divinitatem, baptismi necessitatem, & alia fidei mysteria, qua evangelizatione Euanuchus adeo fuit incensus, ut cum simul euntes, venirent ad fluvium baptismum enixe rogatus dixerit: *Ecco aqua, quid prohibet me baptizari?* voluit diceri, ad mentem melliflui Bernardi, absurdum & ineptum esse, si baptismum, nactus illam opportunitatem, non acciperet, ideo dicit: *Quid prohibet?* Mi Christiane, tu quoties habes opportunitatem piscisurandi baptismum fluminis, ut tanto certius coram Deo iustificeris, quid prohibet te sic baptizari? Non est certus certitudinis insalubilis, quod in tuo baptismo aequo non intervererit error substantialis, per desiderium autem, modo explicato elicitum, seis compensari desicam, quid prohibet? Agnosce huius nobilissimi actus exercitium tibi eum in finem esse necessarium, ut in extremo mortis articulo, cum loqui forsitan, aut externa fenestra signa edere non amplius poteris, sine discutiat illum e licere, & sic felici consolare valeas, quid prohibet? seis denique in ipso etiam poenitentiae Sacramento consultus, securusque esse, illud cum perfecta voluntate, quam imperfecta contritione obire, *Quid ergo prohibet?* Nihil revera prohibet; ideo coram Deo eris inexcusabilis I &c. &c.

In Festo Purificationis B. V. Maris.

CONCEPTUS XII.

De eius & sollicitudinibus parentum, praesertim Matrum, circa Baptismum suarum prolium.

Tulerunt illum in Hierusalem, ut scirent eum Domino. Joan. 2.

Ue Parentes cum B. V. Innocentem prolem Deo offerre valiant, bene debent attendere, quia ante partum, quid in partu, & quid post partum ad conservandam eorum Baptismalem gratiam conferre possint.

I. Purissima, & ab omni peccati nivo immaculata Dei Genitrix eo ipso, quod unigenitum suum, & Divini Patris sobolem non via ordinaria, velut ceterae mulieres, sed prodigioso, & admirabili profus modo, sine ulla Virginei corporis corruptione concepit & peperit, non tenebatur lege Purificationis: Similiter Incarnatus Dei Filius, eo ipso, quod secundum Divinitatem aeterno Patri fuerit consubstantialis, & secundum humanitatem propter unionem hypostaticam impeccabilis, non indigebat Deo, a quo per nullam potentiam separari poterat, in tempore offerri, ut per istam oblationem & sacerdotis benedictionem sanctificari; nihilominus Beatissima Mater prima legi seipsam, alteri sanctissimam Prolem subiecit, ut suo exemplo Christianos parentes edoceret, quantavigilantia ac sollicitudine & suam animi puritatem, & prolium sanctificationem curae habere debeant. O Christiani Parentes, & praecipue o Matres, vos tangit hodierna dissertatio! vellem vos ad exemplum sanctissimae Virginis erudire, qua ratione proles vestras ad templum, ad Deum, ad aeternam salutem adducere debeatis! Non autem cum illis loquor sceleratis parentibus, qui obiceque voluptatis pruritu extra conjugium proles procreant, eaque deinde, quod nec turcae, nec barbari, nec bruta animalia faciunt, omni auxilio, & educatione destituti, in suam & prolium aeternam damnationem deserunt, & derelinquunt. Nec cum iis mihi res est haud melioris sortis, qui licet pauperissimi sint, & perbene sciant, quod causa hujus ipsius pauperissimi prolem Christianam more educare, & sustentare valde valeant, tamen non alio, quam eisdem voluptatis motivo ad conjugia convolant, sine litteratura, sine officio, in otio, in desidia, in mendacitate torpescere & circumvagari sistant, orbem miseris hominibus & orbem damnatis replent. Ad illos parentes, & praesertim Matres mihi sermo est, qui honesto, & pie Christiano conjugio juncti, proles suas ad Ecclesiam militantis utilitatem, & ad triumphantis incrementum educare desiderant, consequenter tales sunt, qui ab intemerata Dei Matre, hodie in templo Filium suum offerente, aequatenus representari merentur.

2. Propositio. Quid autem explicandum erit hodie? Dilectissimi! locuti sumus ultimo de necessitate Baptismi, ejusque gratia, quam homini conferri; diximus, qua ratione Baptismalis gratia baptismatum amicum Dei, & Angelis patrem faciat, ita ut omnis illius felicitas tam temporalis, quam aeterna ab hac gratia dependeat: operae pretium igitur est, ut explicemus, quid, quomodo, & qua ratione parentes, praesertim Matres, ad hanc gratiam prolium suis procurandam, & in illis conservandam ante partum, in partu, & post partum conferre possint, ac debeant, ita ut proles suas cum B. V. Maria in templo offerre & Deo scilicet scirent tanquam oblationem immaculatam. En! ante partum, in partu, & post partum est hodierna dissertationis materia & triparsita divisio. Attendite! Pavete!

§. I.

3. Confirmatio. Imprimis ante partum dum conjugata mulier conjugii fructum, puta prolem a Deo datam, sub pectore gerit, maritus ante omnia satagat, ut conjugium nunquam manufectus ac discordiarum occasidum conturbet, potius bitem in se resorbat, quam in conjugium exoneret, ne dum in arborem inveterat, fructum exeatit cum irremediabili proliis damno, & interminabili suo, ac conjugii luctu. O quanta infortunia, sanguineis lachrymibus digna contigisse scimus, si hac ex parte mariti sint irae impotes, & in conjugium feroces. Terribile omnino est, quod in Baccharach, oppido in ipsa Rheni ripa inter Confluentiam & Moguntiam situm factum narratur: (Michael ab Hselt. l. 12. Mercur. Gall. Belg. an. 1595.) Potator quidam Dominica Quadragesimae ad popinam properabat, elapsa septimanis laboribus ac lucra lusu & commessatione decolatus. Ibi cum potaret, aleis luderet, & uxorem monitricis verba contempserit, sed etiam misere percussiones accepit, ut cum suo vivo demone, quem licet gereret, domum concederet. Cohorruit uxor, & egone demonem uter gerat? nec plura locuta abijt, maritum inter combibones, aleatoretque reliquens. Cum domum venit, partus doloribus obruta, horribile monstrum peperit, quod umbilico tenuis hominem, cetera serpentem referebat, cum cauda tribus ulnis longa. Vespere maritus ebrius vix pedem in cubiculum intulerat, cum monstrum illud hominem ferociter invadens, ita cauda implicat, ac pungit, ut eo ipso loco mortuus concideret, quo facto etiam puerpera, & ipsum tandem monstrum vivere deseruit. En quam luctuosa infortunia consurgere soleant ex intemperante maritorum furore, eorumque imprecationibus, quas in uxores gravidas evomunt.

4. Nec

4. Nec minus infortunii causant ipsa Matres, si non pro incoluntate proliis, quam ntero gestant, omni modo circumspedire, ac sollicitae sint. O quantum periclitatur illarum salus, quae, quasi nullius in pretio aut valoris ostant, nec animam coelestis gloriae capacem gerant, mille abortiendi periculis sese exponunt, aut inebdita, & nimia corporis agitatione, aut immoderato saltu, aut graviore quam ferre commode possint, frumenti, fascium, similiaque onerum gestatione. O Christiana Mater, an leve tibi videtur damnum, animam Baptismi expertem perdere? tantum est hoc damnum, ut ad condigne illud deplorandum tota non sufficiat aeternitas; quia per totam aeternitatem hac anima Deum glorificasset, si negligentia tua non, antequam nasceretur, obisset.

5. Quid vero dicam, si unquam tam enorme patretur scelus, ut ad tegendam criminis infamiam adhuc majori scelere proles in utero suffocaretur? quis explicabit atrocitatem criminis, quo animae coelestis hereditas auferatur, quomodo infelix Mater tanti tanti damnum reprobata? Hanc sceleris enormitatem inconsolabilibus lachrymis deplorat Ecclesia, & cum formosa Rachel, non vult consolari, quia non fuerit. (Matr. 2.) Quodsi Christianus baptizatus occidatur, sancta Ecclesia velut charitativa Mater iacturam mortui deplorat, spes eam nihilominus solatur, quod idemmet in patria vivat. Verum hoc solatium in occisa ante Baptismum prole habere non potest, hic nec spes, nec remedium, nec compensatio locum inveniunt. Praeterea execrabile hoc facinus omnes Salvatoris labores, itinera, sudores, passionem, ac mortem frustratur, quae omnia eum in finem asseruit, ut huic animae vitam spiritualem & aeternam per Baptismum impertiat. O quo fionte igitur hujusmodi homicida coram Divino tribunale comparebit? quomodo verum sustinet que anime Deo ablata pondus in bilance crucis intuebitur? quid pro excusatione afferet tanti damni, postquam Dei Filius sancta Birgitte Revel. l. 2. c. 88. fidem dedit, se pro unica anima, si res posceret, in terras rederitur, & omnia tormenta, quae antea pro toto humano genere passus esset, denuo pro hac anima passurum? Dices forsitan, hoc crimen patrandum fuisse ob timorem ignominiae, aut totius familiae infamiae? Paradoxa excusatio! an familiae splendor vel ignominia praeponderare potest aeternae animae felicitati? Dominus Deus cum a principio homicidium prohibuit, etiam ab ipsis bestis vindictam se petiturum declaravit: (G. 9.) Sanguinem animarum vestrarum de manu cunctarum bestiarum requiram. Quo loquendi genere usus est, non quod bestia homicidii rea esse possint, sed ut intelligamus, nullam coram Divino tribunali excusationem valituram, ubi de homicidio agitur, cum ipse quoque ferae, quae tamen iniquitatis incapaces sunt, illius poena daturae sint. Quo igitur ergo quaecumque ho-

micidium panetur absque nulla remissione, quanto magis, quod a patre aut matre in prole innocente committitur? certe antiqui Christiani tam enorme & atrox turpiculum hoc scelus, ut illius reum toto vitae furo spatio ab introitu Ecclesiae prohibuerint. Ita fuit Concilium Ancyranum Can. 21. Liberianum autem iudicavit, hujusmodi homicidii etiam in mortis articulo difficulter sanctam Communionem permittendam. Moguntianum vero mitigans tantum rigorem permittit, ut in fine decem annorum communicare hoc pacto possint, ut tota reliqua vita tam atrox scelus continua poenitentia deplorare promittant. En, mi Christiane, ex hoc Ecclesiae rigore aestima periculum illorum, qui hominem Baptismi expertem perirent!

6. Non puto quidem aliquem esse inter vos tam horrendo inquinatum crimine, quodsi verum quis esse, illi non tam fulbre, quam necessarium consilium do, ne alium elabi diem fiat, quo non amarissima cordis contritione a Deo veniam exposcat; Viperam, inquit S. Joannes Chryostomus, postquam venenato mortu hominem insecit, abelat ad aquas, quasi ab hoc malefacto de purificatione. Patrem in modum filii venenata ejusmodi viperam hic esse, quae proprias etiam proles dupli, & copiosis & animae morte peremisset, ad salutaris poenitentiae lymphas properet, nec leviser se ipsum lavet, sed totam omni studio se immergat. Vae altis infelicis, si coram tribunali Divino repetundarum arguatur! Sanctus Vincentius Ferrerius (Roa de purg. cap. 6.) auditio fororis suae obitu sepius sacrosanciam pro ea litavit hostiam, ut, in quo statu esset illius anima, a Deo intelligeret, openque forte indigentis asserret. Et ecce! quodam die mane, dum facit ad aram, vidit illam advenire flammis circumdantam, infantem manibus gerentem, quem in frustra disceptum misera devorabat, nec de novo recrescente consumebatur. Hoc atrocissimum tormenti genus fiontem illa patiebatur ob abortum, quo vim sibi a principio Aetiope illatam Auita cooperire conata fuit. Bonum mihi est, ita sanctum fratrem alioquebatur, bonum mihi est, quod tam grande scelus ardentissima cordis contritione abluerit; quod si non fecisset, poena haec horrenda, quam modo in purgatorio flammis sustineo, in inferno nunquam sentienda mihi esset. His dictis disparuit, consilium supra datum illis inculcans, qui ejusdem criminis se reos agnoscent. Pergamus ad alteram partem!

§. II.

7. In ipso deinde partu Mater de anima & salute parvuli sui sollicita ad tria attendat: Primum caret, ut foetinus bonae fortunatus est, in lege Christiana - Catholica devotus, talisque adhibeat, qui in forma & norma baptizandi, atque in eligendo ad sacramentum

noct-

necessaria intentione satis guaræ, expertaque sint, necne abs re erit, si illas deleper infirmat, aut examine: præterea aquam Baptismi materiam paratam habere, ut cum casu necessitatis exegerit, statim ad manus sit, possitque infanti, si de vita periclitetur, Sacramentum maxime necessarium ministrari. Secundo, cum proles feliciter in lucem fuerit edita, parentes sine mora student illum Domino Deo ad majorem ejus gloriam cum pio devotionis affectu offerre, eum fere in modum, quo hodie Beatissima Virgo Divinam sobolem celesti Patri obtulit. Cum sanctus Comes Elzearius (Sanchez Regn. Dei p. 6. c. 3.) in hunc mundum fuit genitus, statim a pientissima Matre Deo fuit oblatus, dicente: Domine suscipe hanc prolem, quam corpore & anima tenus tibi dono confido, tua est potiori jure quam mea! habe tibi illam tota vite periodo commendatam, & si praverideris illam, Divinam Majestatem tuam gravi peccato offenseram, jam nunc statim post Baptismum illam emori permittit. Hæc piissima Mater, quibus forsitan apud Deum impetravit, quod filius ejus Elzearius inter divites ab omni affectu temporalis alienus, & inter aula delicias vitam anachoretis austeriorem videret. Imitentur Christiani parentes hujus Matris idustriam, & illa, favente Deo, proderit ad non vulgarem prolium suarum pietatem ac sanctimoniam. Tertio denique curent parentes, ut Neo-natus filiolus quantocyus, & sine diuturna temporis mora SS. Baptismi lactice regeneretur, & e diaboli potestate, in quam per peccatum originale incidit, eruatur. Ponamus mi Christiane parens, quod prolem tuam dum prima hora aut die in cunis vagit, rabidus canis invadat, eamque dentibus apprehensam asportet. Grande infortunium! quid autem agis? An moras trahis? An belluam impone in miseram prolem favere permittis? Nihil minus, sed cum incendio sicut ac ejulatu domesticorum omnium auxilium imploras, & molisso prædam eripere conaris. An ignoras prolem tuam neo-natam versari in potestate stygii canis, qui longe est crudelior, & non, quamprimùm fieri potest, illi succurris? propter inanes ex-remomias, propter certamen præcedentis, vellem luxum, propter certamen præcedentis, aut quia forsitan Patris ausu, quem non vis ostendere, Baptismum tuæ sobolis ad aliquot horas, aut in crastinum suspendis? An prudenter? Minime! necis enim quor, & quam lethalis morsus interum stygii canis proli tuæ daturus sit. Verum juvat brevem esse in hoc puncto, & transire ad tertium!

§. III.

8. Denique post partum, seu post Baptismum paries omnem curam eo convertant, ut per laudabilem ac sollicitam educationem proli suæ primavam innocentiam, id est gratiam in Baptismo receptam, integram ac illibatam conser-

vent. O Bone Deus! non possum sine genitro loqui! Postquam filii Israel, ad computum sancti Augustini, decentis octoginta annis in Ægypto sub mancipatu Pharaonis versati sunt, misit Dominus Moysen cum mandato, ut illos e gentili regione in patriam, id est in terram Chanaan reduceret. O quanto molimine constitit hic abitus Israelitarum! Rex Pharao resistit illis secundum omnem suam potentiam, & mille tergiverfationes, mille obstacula illis objecit. Verum Deo sint laudes tandem eruperunt! abiit ex Ægypto fœcunda virorum, & mulierum ac infantum fere totidem milia. Venerunt ad ripam rubri maris, quod Moyses prodigiola virga percussit divisit, & in profundo Israelitis sicum tranfivit aperuit. Deinde præambulam nubem fœciti perreperunt perdeserta, atque inter persecutiones ac eruenta prælia, inter ignitos serpentes, famem, sitim, pestilentias aliisque mala, univerm iter suum, donec Jordanem pertransierit, ad quadraginta annos protraxerunt. Quot autem homines ex duodecenis centenis millibus in patriam pervenerunt? Horresco referens! haud plures, quam duo, videlicet Josue & Chaleb, cæteri omnes prostrati sunt in deserto. (1. Cor. 10.) & variis mortibus interierunt. Jam explicit hæc narratio Theodoretus ap. Speranz. script. sel. punct. 142. per mare rubrum intelligitur Dominica Passio, qua per pretiosum Divini Filii sanguinem omnes redempti sumus, per nubem antæambulam intelligitur gratia Spiritus sancti, per prodigiola Virgam sacratissima Crux, per terram Chanaan cali patria, per transitum Jordanis Sacramentum Baptismi, & denique per Israel illi, qui baptizantur. Quid vero per duos illos, Josue & Chaleb, qui ex universa multitudine terram promissionis attigerunt? Eheu! quis non exhorrescat? per duos illos significatur paucitas eorum, qui primavam innocentiam, seu gratiam Baptismalem celesti patriæ inerunt. O Bone Deus! ex millies millibus vice reperitur unus aut alter, qui primam gratiam conservaverit, cæteri omnes, quamprimùm ad annos discretionis pervenerint, pretiosissimam margaritam porcis proliciunt, & albam innocentiam vestem, qua in Sacramento induti sunt, fœdissimis fœderum maculis confuscant. Quæ causa tanti infortunii? Respondeo, causa certe si non unica, saltem præcipua est negligentia parentum, qua illi nullam profus vigilantiam ac sollicitudinem adhibent, ut pretiosum gratia thesaurum in proliis suis post Baptismum conferrent; unde fit, ut neglectæ misera proles, dum judicii maturitate necdum pollet, eo diaboli in perverfos socios incidant, & ex sinistro affectu, aut passione pretiosum hunc thesaurum pro re nanci prodigant.

9. O si Deus occasione mihi faceret, animæ, prima vice in peccatum consentient adstanti, o quam emphatice vellem illi in aures ingeminare: Quid facis, misera!, quid facis? ignoras protecto, quanti pretii sit Baptismi gra-

tia,

tiam, quam abjicere, & immundis passionum turarum pedibus calcare cogitas! O si agnosceres, quo miseriarum te impellit diabolus! facti tibi sit, non ignorare, post primum peccatum, quantumcumque depleatur, innocentiam perditam nulla arte esse amplius reparabilem! Verum quidem est! ope poenitentia gratiam recuperare potes, sed cheu! quanto difficilius est, arduum reperire, quam illam non amittere? Ordinum Dactor, qui paucis cum militibus locum munium defendere potuit, postquam illum hostis cecit, tam parvo militum numero cum non recuperabit: oportebit integrum concubere exercitum, qui tamen fortassis propugnaculo amisso non potietur. Sacramentum poenitentia etiam Baptisma vocatur, quo anima reaniciur, sed est Baptisma lacrymarum, Baptismus valde laboriosus, quia pro recuperanda statione, demoni tradita, tam magna opus est virium contentione, ut Apostolus Paulus in terribile illud estatum crampat, (Hebr. 6.) Impossibile est eis, qui semel illuminati -- participes facti sunt Spiritus sancti, & prolati sunt, rursum renovari ad poenitentiam. Hac ego, inquam, animæ in perverfionis periculo stanti in aures ingeminarem! O utinam id ipsum Matres faceret, certe per ejusmodi monita teneris proli- bus incurteret horrorem peccati, eoque in primava Baptismi gratia, si non per omnem vitam, saltem quam diutissime conserverent. Vis exempla?

10. Beata Blanca filio suo Ludovico, quem tenerime amabat, & qui erat unicuique Galliarum Regi hæres ac sulcrum, fere quotidie in faciem edicere solchat: Ludovice, cave ne Deum offendas; tantum enim malum est offensa Dei, ut mallem te in feretro, quam in peccato intueri. (Menech. cont. 11. c. 92.) & ecce! piissima hæc gnomo in pectore Principis tam profundas radices egit, ut ille inter regalibus aula delicias, quod miraculo simillimum est, illibatam innocentiam servaverit. Mater S. Edmundi opportune capitulum (Menech. ibid.) monuit filium, ut castitem supra totius mundi thesauros æstimaret; hunc in finem dum in Academia studiorum causa aberat, inter lineas vestes ciliata & flagra illi submisit, quibus car-nem contra periculum committeret. Et ecce! adeo Edmundo profuit matris sollicitudo, ut in carne tantum Clemens extra carnem viveret. Mater S. Clementis Ancyrani jam morti proxima scire cupiebat, quid de suo filio futurum esset? Dominus Deus desiderio religiosissimæ femine satisfaciens, revelatione illam certam esse iussit, filium fore Martyrem. Et ecce! illa exultaans & letabunda vocavit filium, eique præcepta ultima dedit, intruxitque, quomodo mortem pro Christo generose subire deberet. Obsecundans ille Matris monitis tam admiranda fortitudine tormenta sustinuit, ut vix major in actis SS. Martyrum legatur. (Sanchez Regn. Dei part. 6. cap. 2.)

8. Epilogus. En mi Christiane! quid paren-

tum & præcipue Matrum sollicitudo in ordine ad conservandam prolium Baptismalem innocentiam possit! Vigilarunt ante partum, ut proles ante obtentam Baptismi gratiam non emoriatur! Vigilarunt in partu, ut gratiam Baptismi cito obtineat! Vigilarunt post partum, ut obtentam Baptismi gratiam non amplius amittat! O utinam haberemus plures ejusmodi Matres! haberemus etiam plures ejusmodi proles, quæ dignæ forent, ad hodiernam Incarnati Jesu exemplum Divino Patri in tempore offerri! &c. &c.

In Festo S. Mathie Apostoli.

CONCEPTUS XIII.

De admirabili Baptismi effectu.

Sors cecidit super Mathiam. Act. 2.

Sicut Mathias loco Judæ electus, ita Baptisma admirabilem felicitatem consequitur, quia Baptismus captivorum redemptionem, peccati mortem, & adaptionis gratiam operatur.

1. Deplorandam Judæ pravicatoris infelicitatem! Judas postea ante Divini Redemptoris Apostolus, paulo ingratus sumus sui Magistri proditor factus est, cui prius cum Divino Redemptore, cum sanctis Apostolis, cum Christi discipulis conversari & epulare licitum erat, nunc cum horribili infernalium draconum societate jurgat & ejulat! qui gloriosissimum in aula celesti solium præparaverat, nunc in æternæ damnationis barathro, ubi nox æterna, nulla dies, merus labor, nulla quies, in infinitam æternitatem habitat! cui promissum erat, quod in ultimo Judicii die sit obtenturus sedem, super quam duodecim tribus Israel esset judicaturus, nunc ab ipis fuit confratribus æternæ damnationis sententiam audire, & loco Judicis, reum agere debuit. Magna sane & lacrymis deflenda hæc est proditoris infelicitas! verum, quo major est infelicitas Judæ, eo major erat felicitas & gratia, quæ sancto Mathie obtigit: Judas unus ex duodecim Apostolis a Deo reiectus est, Mathias unus ex septuaginta discipulis ad Apostolicam dignitatem evectus est: Judas modo jardet in æternis flammis, Mathias postquam multa hominum milia ad fidem Christianam convertit, adeptæ gloriae Martyrii laurea in celo triumphat. Christiane animæ! nolite distans erga ingratum Judam commiserationem in cordibus vestris excitare; nolite sancti Mathie felicitatem admirari: videram potius intuegimini felicitatem & gratiam, non tantum Judas, sed innumera hominum milia a Deo reiecta sunt, nec ad aliam spem, nisi ut post vitam arumoleo adam misere pereant, vivunt. Tu vero, mi Christiane, non tantum ex septuaginta, sed ex millenis genti-

lium,

Nam, Turcarum, Judaeorum, & Hareticorum millionibus a Deo electus, Sacramentali Baptismatis lavacro a peccatorum fordibus ablatus, in securum servitus Ecclesie sine receptus, & in Dei Filium ac heredem caelestis Regni adoptatus est. Hanc felicitatem & ineffabilem gratiam, qua te Divina bonitas prae innumeris aliis dignatus est, admirare, & infinitas pro hoc beneficio laudes Deo agere nunquam omittit!

2. *Proposita*. Christiana anima, quid putas, qua secula ad tantum felicitatis apicem ascendisti? Respondeo, nulla alia, nisi per Sacramentum Baptismi, dicente S. Augustino, l. de Baptis. Baptismus est *Captivorum remissio, peccati mors, & adoptivae gratia*. Dilucidemus singillatim haec verba sancti Doctoris, & ex his admirabilem Baptismi virtutem, & effectum cognoscamus. Attendite! Favete!

§. I.

3. *Confirmatio*. Primus effectus Baptismi teste S. Augustino est: *Captivorum remissio*, id est per Baptismum captivitas, in quam per lapsum protoparentum nostrorum abstrahit lamus, solvitur. Servitus & captivitas grandia mala sunt, propterea cuius anni detentio in squalido & tenebroso carcere mortis supplicio equiparatur: que enim major miseria, quam continuo in tenebris federe, & splendidi calis luce carere, *quale gaudium erit mihi?* (dixit Tobias c. 5.) *qui in tenebris sedet & lumen caeli non videt?* quid tristes, quam omni hominum confortio privatis, nulla alia delectatione aut negotiatione, quam semper secum ipso occupari? Has captivitatis arumnas Joseph Filius Jacob per tres annos innocens toleravit, ut autem ab intolerabili malo se redimeret, facta somni interpretatione propositi pincerarum, qui secum in carcere detinebatur, opem imploravit, ut ejus intercessionem & auxilium & squalido lacu liberaretur. In tali lugubri captivitate etiam hominum ante Baptismum conclusus, & densis tenebris excacatus, luce caelestis gratiae caret, a felicitate electorum societate & consortio exclusus, & nullis aliis nisi rebus terrenis, quae ad consequendam aeternam salutem nihil conducunt, occupatus est.

4. Non leve malum est servitus; servientium non sive sed suorum Dominorum utilitati nati, ut necque frangunt, sudant & laborant, omni hac fatigatione, sudore & labore nihil sibi sed tantum Dominis profant; & tamen plerumque pro diti laboris merito nulla alia mercede quam fuisse & verberibus coronantur. Id quod loquitur, succulenter Israelita in Aegypto experti sunt; nam Pharaon (Exod. 1.) eorum multiplicationem impediturus, quam crudeliter onerum impositione eos non oppressit? propositi illis magisterium operum, ut Israelitas oneribus affligeret: imo non tantum Rex, sed Aegyptii certatim Israelitas duris luti & lateris operibus omnique tyrannico famulatu occu-

pabant. Verum longe crudeliori servitutis iugo homo non baptizatus subjacet; ipse enim Dominus non est alius nisi diabolus, in cujus servitute per peccatum originale ab Adamo traditus & quamvis terrenis occupationibus opprimatur, quamvis in hoc mundo fame, nuditate, paupertate, morbis aliisque arumnis affligatur, omnes has tribulationes non ad aliam finem patitur, nisi ad ludibrium demonis, qui ob hominis miseriam & infelicitatem maxima delectatione afficitur, donec tandem exantillatis his mundi tribulationibus talem infelicem hominem nulla alia merces nisi infernales flammæ excipiant. Sed quid durum hujus captivitatis carcerem solvit? quid intolerabile servitutis iugum tollit? nihil aliud, nisi saluberrimum Baptismi lavacrum. In Catharina Insula (Lil. lap. Ind. Erasm. 1596.) gentili adolescenti per octiduum aures demoni sub specie canis in specandis, horribilis & rursi se frequenter spectandam praebruit, & illum per montes in loca ditissima abduxit, ibique cum biduo aut triduo detinuit, promittendo honores, & divitias, si cogitationes de suscipiendo Baptismi Sacramento excuteret, atque se in terram preciduum adoraret. Haec impietatem, cum adolescentens semper detestaretur, incredibile est quam calamitates & miseria a stygio lavatione percipere sit. Videns ergo tantas molestias a capitali generis humani hoste exantillatis altere aff amoveri non posse, refugium lapsit ad Ecclesiam, & postquam in doctrina Christiana eruditus est, sacro Baptismatis fonte initiatus, nullas amplius a tartaro cane vexationes sustulit. Viennae Matrona quaedam a demone obsessa (Lud. Grass. ap. Diderot. de Baptis.) per duos annos ineffabilis cruciatus ab infernali incola toleravit, nec tamen ulla remedio, neque etiam Ecclesiae exorcismis, quibus Episcopus expellere conatus est, ab hoc malo liberari poterat; donec tandem re penitus explorata, inventum est, hanc Matronam ab exortum in Ecclesia seditionis tumultum baptizatum non fuisse; itaque Episcopus perbene cognoscens harum afflictionum non aliam nisi hanc causam esse, illam baptizavit. Et ecce! accepto Baptismo diabolus ex illa foemina fugit, & nullam in priorem possessionem redeundi potestatem habuit. En! quam potens sit sacramentalis lavacrum! hoc diabolici mancipatus catenas rumpit, hoc antiqui serpentis captivitatem auferit, quemadmodum Israelita, postquam per mare rubrum transierunt, ab Aegyptiorum mancipatu liberati sunt; ita homo, postquam per aquae baptismalis fontem transit, crudele stygis servitutis iugum effugit. Ecce (inquit S. Chrysostomus hom. ad Neoph.) *liberatis servitutem fruantur, qui antebatur paulo ante captivi & servos Ecclesiae sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore, & in iustitia forte vestimentis, qui fuerunt in peccati confusione* --- *vides quomodo Baptizati liberantur?*

§. II.

7. Secundo, Baptismus iuxta S. Augustinum *est mors peccati*. Duplex peccatorum genus datur, nempe peccatum originale & actualis peccatum originale animam talem deformitatem inferre, ut illa Divinis oculis summe nauseabilis appareat; ab hac autem deformitatis macula per sacrum baptismatis balneum mundatur. De margarita refert Plinius, quod, si in ipso conceptionis momento calis facies vel noctis caligine, vel nubium umbra obvelata sit, hic pretiosissimus aurum sudor, hac candidissima solis lacryma adeo obscura, pallida & sordida reddatur, ut omni pretio & hominum estimatione careat, priori tamen splendori, pulchritudini, & pretio restituitur, si talis margarita columbae deglutienda detur, in hujus enim visceribus macula, quibus in conceptione infecta fuit, abtergantur, & margarita albedinem, & candorem recipit. Quis dubitat, quod hoc naturae prodigio Deus ipsi virtutem animae regenerationem depingere voluerit? quod anima nostra aliud est, nisi margarita pretiosissima, pro qua Divinus Redemptor omnia, quae possidebat, expendere paratus erat: *Invenit una pretiosa Margarita, albis, & venulatis omnia, quae habuit, & emisit eam.* (Math. 13.) Hae tamen pretiosissima margarita in ipso conceptionis momento nigra peccati originalis nube adeo obambata est: *In iugularibus conceptus sum, & in peccatis conceptus me mater mea,* (Ps. 51.) *in simul omnem candorem, pulchritudinem & pretium coram Deo perdidit.* Sed quale remedium contra hoc malum? Christus Jesus ad mundandam peccati originalis labem instituit nobis Sacramentum Baptismi, in cujus collatione Spiritus Sanctus in specie columbae, ut olim in Jordane descendit: *Descendit Spiritus sanctus sicut columbae* (Luc. 3.) & animam per aquam baptismalis spiritaliter renatam priori venustati, splendori ac estimationi restituit.

6. Quod autem Spiritus Sanctus in animam hominis baptizatus descendat, testis est S. Paulus, qui ad Galatas cap. 4. sic loquitur: *quoniam estis filii Dei, misit Deus Spiritum in corda vestra.* Hujus veritatis testis est etiam beatus Cerealis Vicarius Imperatoris Adriani, hic a S. Genulio & Amantio ad veram fidem conversus, postquam tres dies jejuniu, vigiliis, & orationi impendit; a voce calixto data mandatum accepit, ut a Pontifice Sixto S. Baptismatis Sacramentum reciperet: & ecce! in ipsa Baptismi collatione alia voce exclamavit; *Video lucem sole clariorem de caelo supra descendere, ministri Imperatoris scurrabant ex eo, quid illi haec verba vellent, & expectantur.* Cerealem Christianam militem nomen dedist; quid aliud fuit ista lux de caelo descendens nisi Spiritus Sanctus? Testis est etiam B. Maria Oganensis, (Theol. 2. c. 4.) haec dum puer-

quidam exorcismo, aliusque precibus more Ecclesiae ad Baptismum pararetur, vidit Sancta Virgo ab eo fugientem demonem, & cum postea lacris madis trinctus esset, Spiritus Sanctum visibili specie in animam pueri cum innumera lucidissimorum Angelorum caterva subingredientem aspexit: O quam admiranda est Divini Patris erga nos liberalitas, quae non contenta nobis donare donum, ipsum etiam datorem donare voluit, ideoque ultra creatum illud gratia donum, regeneratis in Baptismo increatum Spiritus Sancti donum concedit, qui dum supra aquas sacri fontis descendit, novum de membris nostris sibi templum exstruit, *membra vestra templum sunt Spiritus Sancti.* (1. Cor. 6.) O mirabilem descensionem! qua quantum Creator se humiliat, tantum creatura exaltatur.

7. Verum quemadmodum magni Monarchae non solum aliquam domum, sed numerolo alicorum comitatu stipati ingredientur; ita etiam Divinus ille hospes o caelo in animam descensum non solum, sed cum numero gratiarum & donorum caelestium conatu in animam hominis descendit: horum donorum pretiosissimum est gratia sanctificans, quae est velis alba, qua anima induitur, pretiosissimum Spiritus Sancti munus, signum & testis Divini amoris, quae animam tanta pulchritudine & splendore exornat, ut si quis animae paulo ante baptizatae pulchritudinem intueri posset, nullam amplius in terra venustatem aspicere veller. S. Catharina Senensis (Platan. l. de Nat. Relig. c. 23.) pro conversione ac salute familiaris suae Palmarinae tam piis montis, tum precum & operum poenalium suffragiis plurimum laboravit. Exaudita est, conversa est Palmarina! cumque Deus jam convertit animam Catharinae ostendit, haec admirata tantam pulchritudinem exclamavit: O quis non libenter labores pro lucro tam pulchrae creaturae! Hae mutatio in ejusdemque baptizati anima contingit; anima hominis ante Baptismum deforme monstrum est, sed per Baptismum a peccato originali abuta, adeo a deformitate mundatur, ut illa apud Platinum his verbis laetabunda exclamet: *Luxulit me, & super nivem dealbor.* (Ps. 50.)

8. Ut autem gratiae sanctificantis splendor conservetur, adjunguntur ei a Spiritu Sancto alia gratiarum ornamenta: quarum autem sunt illae? sunt tres virtutes Theologicae, Fides, Spes, & Caritas, item septem dona Spiritus Sancti, quae animam Spiritus Sancti spontem, contra periculosas infernalium hostium impugnationes, contra noxios mundi hostium, contra perniciosas carnis illecebras defendunt, & roborant. Tandem pro complemento hujus Divinae dispositionis animae impiorum character indelebilis, qui est sicuti personale consecrum ex inestimabilibus gratiarum admanibus, & annulus, quo anima Divino sponte lubricatur, & delectatur.

9. Considera, mi Christiane, admirandam dignitatem, quae tibi in Baptismo conferuntur,

Qualis ergo dementia & ingratitude est, si peccato gravi hanc spiritualem venustatem destruas, & animam tuam, quae prius fuit templum Spiritus Sancti, horrendum demonum habitaculum efficias? qualis ingratitude? si foedifraga malitia Divinum hospitium e corde expellas, & in eo juratissimo animarum pradoni palatium erigas? qualis ingratitude? si promissa Divino sponso fidelitatis immemor, adulterina impietate immaculatam caelestis Regis thalamum concupiscas? o Christiana Anima perpende, quid agas, recorde data fidei, promissaque fidelitatis: Agnosce o Christiane, sic te adhortatur S. Leo, Serm. 1. de nativ. dignitatem tuam, & Divinae sponsi factus naturae noli in veterem villitatem degeneri conversatione redire.

10. Insuper Baptismus mens est non tantum peccati originalis, sed etiam actualis: id est, si adultus sacro Baptismatis fonte abluatur, haec Sacramentalis ablutio non tantum a macula culpae originalis, sed etiam a peccatorum actualium fordibus purgatur. Audiamus de hac veritate S. Pauli testimonium, (1. Cor. 6.) Nolite morari, neque fornicari, neque idolorum servientes, neque molles, neque mulierum concubinatores, neque fures, neque ebrios, neque malitiosi Regnum Dei possideamus, tandem ostendit quid Baptismi gratia in eis poterit, addens: Haec quidem aliquando fulsis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri; Nempe Baptismus in illis non solum originale, sed omnia illa actualia, quae S. Paulus enumerat, peccata diluerat. Est igitur, quod homo ante Baptismum fuerit superbus, ut Jezabel, avarus, ut dives epulo, luxuriosus, ut Sodomitae, homicida, ut Cain, vindictae cupidus, ut Saul, injustus, ut Achab, crudelis, ut Nero, atque haec omnia peccata, aut turpissima, & enormia sacro Baptismi lavacro abstergeantur: abluti estis, sanctificati estis etc.

11. De Rege Thridate atrocissimo Christianorum persecutore refert Metaphrastes, ap. S. Iulium 1. 5. die 30. Sept. in Vita S. Greg. Armen. quod iuxta Dei vindictam e homine in porci speciem transfmutatus fuerit, ideo, quia culicorum quemquam Gregorium nomine, Christianam fidem negare volebant in subterranea serpentinae animalisque venenatis animalibus plenam speciem concepit, sed en prodigiosam Dei insulas sollicitudinem! Gregorius in hac caverna per duodecim annos illius calidus conservatus est, usque dum Casarodura soror Thridatis a marito suo jam pie mortuo, in somnis monita est, ut Gregorium e hac caverna extraheret, a quo se Thridates Baptismum reciperet, ipsam humanam formam restituitur. Et ecce admirandum Baptismi virtutem! quamquam a S. Gregorio Thridates Rex baptizatus est, porcina ejusdem forma in venustissimum hominem efficiam transfmutata fuit. Eandem operationem, quam Baptismus in corpore Thridatis habuit, habet etiam in anima hominis: homo per superbiam transfmutatur in pavonem, per luxuriam in por-

cum, per invidiam in canem, per gulam in crocodillum, per iram in serpente, verum haec omnia monstrata capita salutari Baptismi fonte in pulcherrimum Dei imaginem convertuntur. Id quod Plalmogr. plus his verbis innuit, (Ps. 73.) Conquassasti capita draconum in aquis. Quid intelligitur per capita draconum? Bestias Dom. 1. Quadr. respondet, per capita draconum omnia peccata mortalia & venialia designari, per aquas autem, aquam Baptismalem, in quibus omnia peccata etiam actualia submerguntur, suffocantur & exstinguuntur. Audiamus etiam de hac veritate sententiam Augustini, qui sic ait l. 1. de peccat. mer. c. 15. Generantur tamen tantum contrahitur peccatum originale, regenerante autem Spiritu non solum originale, sed & voluntarium peccatum fit remissio.

§. III.

12. Tandem juxta S. Augustinum Baptismus est adoptivus gratia. Id est, homo per Baptismum in Filium Dei & heredem Regni caelestis adoptatur dicente S. Joanne: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. (Joan. 1.) Tempore, quo crudelissimus Rex Pharaon (Exod. 1.) in innocentes Hebraeorum parvulos deservit, ita, ut ad unum omnes inftar canam in fluvium profici, & immisericorditer aquis suffocari mandarit, idque ex regni ambitione; quis, uti narrat Josephus Judaicus ap. Corn. a Lap. in Exod. c. 1. ariolorum, ac flammam vaticinio praedictum fuit, nasciturum ex Hebraeis filium, qui illorum remire aucturus, imperium autem Aegypti everteretur esset. Illo, inquam, tempore natus est Moyses. O quantum in animo Matris pugnant amor pulcherrimae prolis, & timor Regis! prevaluit tamen timor! parvulus Moyses in scella Cirpae Nilo, aut potius caec fortuna casu exponitur. Sed ecce! haec hora, qua Moyses aquis innata, filia Regis Pharaon in litore fluminis obambulans vidit venustissimum infantem, commiseratione tacta jubet illum ex aquis extrahi, educandum & nutriendum dedit matri, & demum cum adoleveret, in filium adoptavit. Miraris, mi Christiane, mirabilem fortunam lulum, quo Moyses in aquis summam felicitatem invenit, ubi mortem inventurus credebatur! Quid autem aliud contingit in aquis Baptismi? Ibi parvulus natus peccato foetidus videtur filius irae, & subito a Dei providentia excipitur, sanctae Matri Ecclesiae nutricandus, ac intituendus traditur atque a supremo cali terraque Monarcha in filium adoptatur. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, dicit S. Joannes, c. 5. 1. ut filii Dei nominemur, & simus. Quid ultra Divinus amor nobis exhibere potuit? homo vilissimus terrae vecumilis a Deo potentissimo cali terraque Monarcha in filium & heredem assumptus est: o quam inexplicabilis haec est felicitas! O quantum favor Astrabo ab hoc favore jam paulo ante explicato!

13. Epilogus. Christiana anima! percipisti ad-

mirandum Baptismi effectum! Baptismus est potentissimus malleus, qui diabolice captivitatatis catenas frangit. Baptismus pretiosissimum litrum est, quo a misera inferni servitute homo redimitur: Baptismus sublimerrimum lavacrum est, quo peccati originalis macula abstergitur: Baptismus admirabile mare est, in quo peccata actualia submerguntur. Cum ergo mi Christiane, Dei filius sis, filialem Divino Patri amorem & reverentiam exhibere obligatus es. Cum Caesar in curia Romana rebellium pugionibus confodere, nullius alicui agris tulit, quam illum, quem a Bruto adoptivo filio suo accepit, propterea furore dolore exclamavit: Er tu Brute fili mi? talis filius adoptivus etiam tu es mi Christiane! cum autem peccatum grave committis, gravem & lethalem ictum amantissimi Patri infligis, sed hanc injuriam Pater caelestis non minus agre ac Caesar a Bruto accepit. Igitur cum Divina clementia te adoptando in filium talem tibi exhibere gratiam, qua majorem exhibere non potuisset, vide ne obliviscaris quam pro tanto beneficio debitam gratitudinem. Amen.

In Festo S. Josephi, Nutricii Jesu Christi.

CONCEPTUS XIV.

De Patris Baptismi, etiamque obligacionibus.

Joseph Fili David, noli timere -- pariet Filium, & vocabis nomen eius Jesum. Matth. 1.

Quemadmodum S. Joseph Divini Filii, in Patris Baptismi pro Filio suo spirituali curam habere debet, sic jubendo pro ipso in Baptismo.

Quis non Beatissimo Joseph ex animo gratulatur sublimissimam dignitatem, ad quam a Providentia Divina pro mille aliis electus fuit? fuit enim electus in Divina Matris solatium, cui in persecutione Herodiana, in fuga in Aegyptum, in tridua amissione Filii, aliisque afflictionibus adjuvamento fuit. Fuit electus in Nutritium, seu putantium patrem Christi Domini, ita ut quotidiano labore, & tenui officii lucro nutriet Divinam illam carnem, quae in universi humani generis litrum & Redemptionem in cruce mortua est. Fuit denique electus in magni consilii adiutorem, prout loquitur Mellissimus Bernardus, hom. 2. in Missis est, quia ex ore amantissimi Filii arcana Divinitatis mysteria didit, tanquam admirabiles virtutum actus exercuit, ut dignus habitus sit, qui baptizari cupiebant, inter catechumenos recipiebantur, in quorum numero tamdiu remanere debebant, donec de mysteris credendis, de praecipis observandis, & de Sacramentis percipiendis sufficienter fuissent instructi: quod tunc nomine & persona sanctissimi Joseph hodie imhi imaginor Patrum Baptismi, qui quam primum hoc officium suscipit, ab Ecclesia constituitur, ut baptizatae proli solatio sit, eoque de forte parentes hunc suo muneri satisfacere aut

non possint, aut non velint, tam corporaliter, quam spiritualiter nutriat, ac sustentet. Ulmus & vitis amicitiam cognatione sibi coherent, & nutua sibi invicem obsequia conferunt, ac recipiunt: Ulmus vitem sulcit, eisque botros ac fruges, quas debilibus racemis ex se ferre non potest, portat: Vitis contra alium virentibus foliis coronat, eamque, ut ex se ferat sicut, suis frugibus divitem ac focandam facit. Patrem in modum Patris & ejus Filii Suscipimus, quem e sacro fonte suscipit, sibi cohaerere videntur: unus indiget alterius opera, unus alterum felicem reddit, unus alterius merita, & meritum praemia augere ac cumulare debet. Patrum esse, mi Christiane, non est officium mere profanum, non est mandatae politicae inventum, non est inanis caeremonia pure ad hoc ordinata, ut tu parentes amicos, & filius tuus Patrum accutrat, a quo annuatim aliquid manufolurum, & cum tempore promotionem sperare possit. Non ita! sed est obsequium sanctissimum, pro Dei honore, pro Ecclesiae incremento, & pro spirituali baptizatae proli emolumento susceptum, quod magnas post se trahit obligationes!

2. Praeposito. Quæris, quænam sint istae obligationes? Age, cape responsum in praesenti discursu, cujus prima parte explicabitur, qua ratione Patrum in ipso Baptismo loco susceptæ proli ad interrogata respondeat, & pro Christianæ vitæ ac morum integritate illius fidei: altera dein parte explicabitur, qua ratione, in defectu parentum, filii spiritualis tam quoad corpus, quam quoad animam curam habere debeat. S. Dionysius Areopagita apud Arrianum Instr. 5. n. 4. de Bapt. officium Patrum vocat Divinum: Suis quo fieri sub Divina Parte parvum deest. Grandis honor! Magnum eloquium quomodo autem, & qua ratione illud est officium Divinum? quia quodammodo Divini Patris vicem gerit in terris, cooperando ad temporalem & æternam salutem Baptizati. Atteadite! Favete!

§. I.

3. Confirmatio. Imprimis Patrum, in ipsa collatione Baptismi assistens, loco infantis quem e sacro fonte levat, ad interrogata respondeat, & pro obligatione, quam Baptizatus suscipit, fidei habere debet: Quid petis ab Ecclesia? Peto donum fidei: vis baptizari? volo! Abrenuacias sathanae & pompis ejus? Abrenuacias! & quæ sunt similia: Præmis Ecclesiae temporibus illi, qui baptizari cupiebant, inter catechumenos recipiebantur, in quorum numero tamdiu remanere debebant, donec de mysteris credendis, de praecipis observandis, & de Sacramentis percipiendis sufficienter fuissent instructi: quod tunc nomine & persona sanctissimi Joseph hodie imhi imaginor Patrum Baptismi, qui quam primum hoc officium suscipit, ab Ecclesia constituitur, ut baptizatae proli solatio sit, eoque de forte parentes hunc suo muneri satisfacere aut